Plerumque abstinentes inpatientia-
sepe uero superbie culpa committatur
ꝑis enim mentes abstinentium ple
rumque inpatientia â sinu tranquil
litatis excutet et nequaquam pe
trus cum diceret· ministrate in fide
uestra uirtutem [in uirtute] autem : scientiā.
Jn scientia autem abstinentiam·
protinus uigilanter adiungeret
dicens· Jn abstinentia autem pati
entiā; deest quippe abstinentibus
patientiam ꝑuidet quies ita adesse
admonuit· ꝑsis cogitationes absti
nentientium [vm] nonnumquam superbie
culpa transfigeret paulus minime
dixisset; qui non manducat mandu
cantem non iudicet; dum igitur
plus quam necesse est per abstinentiam
caro adteritur· humilitas foris os
tenditur· sed de hac ipsa humilitate
grauiter interius superbitur· ꝑsis enim
aliquando mens ex abstinentiae
uirtute tumescere nequaquam hanc
uelut inter magna merita pharise
us arrogans studuisset numerare
dicens· Jeiuno bis in sabbato·
Sunt pleri· que qui corpus per ab
stinentiam affligunt· sed de ipsa

sua abstinentia humanos fauores
expetunt doctrine inseruiunt·
Jndigentibus multa largiuntur
sed quasi fatue profecto sunt uirgines
quas solam laudis transitorie retribu
tionem querunt· Magna uirtus
abstinentie sed si quis ita alimentis
abstineat ut ceteros in cibo diiudi
cet et alimenta eadem que deus creauit
ad percipiendum cum gratiarum ac
tione fidelibus etiam damnet quid huic
uirtus abstinentie facta est nisi laq(ueus)
culpe· Cum nostra corpora per absti
nentiam domamus quid aliud quam
carnalia sacrificia omnipotenti
dno exhibemus· Sicut per paulum dicitur·
Vt exhibeatis corpora uestra hostiam
uiuentem· Egregius psalmista dauid
nullam esse abstinentiam sine concor
dia designans ait· Laudate eum in.
[tympano et choro]
Jn tympano enim corium siccum resonat.
Jn choro autem uoces concorditer can
tant· Qui enim per tympanum nisi ab
stinentia et quid per chorum nisi kari
tatis concordia designatur· qui itaq;
sic abstinentiam tenet ut concordia
deserat· laudat quidem in tympano dm
sed non laudat in choro;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0204